

victor id, quod obtainuerit parti adverſæ reſtituere teneatur, ſin reliqua producta ſemi- plenam adhuc probationem confiant, pro- cedendum eſt, quemadmodum ſuperius de juramento a judice deferendo præſcriptum fuſit; probe tamen obſervandum eum, qui Testes ad falſum jurandum induxerit, non ſolum adſtrингendum eſſe, ad plenam indem- nitatem adverſario præſtantam, ſed inſu- per etiam juxta faſtioneſ legum crimi- lium peculiari poena afficiendum.

C A P U T X X I I I .

De Inrotulatione Actorum.

§. 261.

Omnibus scripturis cauſæ porrectis ultima adverſæ parti pro Inspectione commu- nicetur, & utrique parti dies octavus pro inrotulatione Actorum præſtituatur.

§. 262.

§. 262.

Si una pars scripturam debito tempore non porrexit, adversa haud tardius triduo post lapsum termini inrotulationem Actorum petito. Judex vero desuper octavum diem utriusque Parti ad hunc finem adsignato.

§. 263.

Quilibet Judex personam judicialem constitutus, in cuius praesentia inrotulatio Actorum peragatur, & cuius simul erit, mandatas sibi inrotulationes in Registro, seu Protocollo accurate adnotare.

§. 264.

Quaelibet Pars scripturas a Parte adversa sibi communicatas, earumque allegata deponito, ac neutiquam depositionem aliorum admittere tenetur, neutra vero pars ad originalia, seu Autographa tradenda adstringi potest, nisi pars adversa vitium visibile illis objecerit.

§. 265.

Inrotulatio Actorum eo tempore, quo causæ in judicio audiri solent, exequenda, quod si alterutra Pars post horam ab inchoato judicio nondum comparuerit, pars præsens inrotulationem suscipiat, & non tantum communicata sibi ab adversario scripta cum documentis, sed & suasmet scripturas cum allegatis pro inrotulatione deferat, quod si pars comparens allegata scripturæ suæ depoñere non possit, ex eo, quod copiæ sibi defint, originalia autem judici deponere vel non velit, vel non possit: pro inrotulatione Actorum tertius subsequens dies constituedus, absentis autem partis Advocatus multa afficiendus est,

§. 266.

Si ambæ partes emaneant, quin declaratio causæ Inrotulationem impedientis ab ipsis Partibus subsignata porrigatur, hæc emansio a persona judiciali ad inrotulationem constituta judici indicanda, Advocatis utriusque

par-

partis congrua pœna dictanda, ac tertio
subsequente die inrotulatio sub pœna dupli-
cacienda est.

§. 267.

Super scripturis causæ, earumque alle-
gatis Elenchus (Rotulus seu Directorium)
rite conficiendus, isque a Partibus, et Per-
sona judiciali, quæ Inrotulationi adfuit, sub-
signandus est, permisum nihilominus erit
utriusque parti, Rotulum domi conficere, at-
que sic præparatum asservare.

§. 268.

Si in ipsa inrotulatione controversia su-
per depositione alicujus documenti enata fue-
rit, documentum controversum ad acta qui-
dem deponendum, simul tamen contradic̄tio
partis adversæ adnotanda est.

§. 269.

Quoties judex inrotulationi actorum ipse-
met non adfuerit, Persona judicialis ad ean-
dem constituta acta inrotulata illi sine mora
tradito.